

Tim. 4. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo, reposita est mihi corona justitiæ, quæ reddet mihi Dominus in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt adventum ejus.

CAPUT LVII.

CONSOLATIO ADVERSUS MORTEM temporalem.

2. Tim. 1. Christus destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam & incorruptionem.

HÆc sententia complectitur medicinam & consolationem summam ad versus mortem temporalem. Etenim si destructa est, quis illam metuat? Si vita & immortalitas recuperata, quis non gaudeat per mortem illas consequi? Verum n. vero quia nullius sanctitas in hoc mundo tanta fuit, quin mortem timuerit, operæ pretium fuerit aliquas consolationes contra mortem temporalem cōquirere: illasque in duas partes dividere. Prima pars cōplectetur consolationes ex Christi morte, resurrectione, & illarum fructibus petitas: Altera eas que à mundi vanitate sunt desumptæ. Singulæ autem partes septem consolationes continebunt. I. Et efficacissima medicina contra mortem.

LIBER II.

Y

tem.